



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

ijj. De Ordinib. Clericoru[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

DE ORDINIBVS CLERICORUM, TITVLVS III.

Vo sunt Christianorū genera: alterum, quod mancipatum diuino officio, & deditū contemplationi & orationi, à temporalium strepitu vacare conuenit, qui appellantur Clerici, id est, in sorte lecti: nam eos potissimū Deus sibi delegit: Alterum genus est eorum, qui Laici vocantur, id est, populares. Superius Christianorum genus in duo genera diducitur: nam aut seculares sunt clerici, aut regulares: qui & religiosi vocantur, quia omnium maximè religioni inferuire profitentur. De his infra separatim tractabitur.

Horum omnium clericorum nouē sunt ordines, seu gradus: nemo enim potest, nisi per gradus Ecclesiæ, ad summum sacerdotium peruenire: nam casum appetit, quicumque ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Infimus ordo est eorum, qui primam tonsuram tulerunt, quos Psalmistas vocant: nam et hic iure nostro inter Ecclesiasticos ordines refertur: quare nec quisquam in eos citra excommunicationis pœnam manum iniuriosam iniiciet. Quatuor deinde sūt ordines,

seu gradus, qui tamen non leuibus priuilegijs fruuntur, & sacri sint, quia tamen his comparati, de quibus mox sumus dicturi, tenuiores habentur, idcirco sacrorum ordinum appellatione regulariter non veniunt, sed minores vocantur, qui sunt Ostiarij, Lectores, Exorgistæ, & Acoluthi, quibus omnibus sua sunt munia figillatim diuisa.

Supra hos sunt alij quatuor ordines, quos mox dicebamus vel sacros, vel maiores appellari: hi sunt, Subdiaconi, qui infimi sunt, mox Diaconi, dehinc Presbyteri, & supremi Episcopi: explosa est enim eorum sententia, qui Episcoporum extare ordinē discretū incipias ibant.

Item quamvis Urbani II. temporibus subdiaconi sacris ordinibus non annumerarentur, ideoque nemo ex eo ordine ad Episcopatum eligi posset, Innocentius tamen tertius declarauit hunc quoque ordinem sacrum esse, & ex eo ad Pontificiam dignitatem eligi quem posse. Supremus igitur est ordo Episcoporum, qui hoc nomine decorantur, quod populorum sibi creditorum mores speculari debeant. Et hi in quatuor classes diuisi sunt, videlicet simplices Episcopos, Metropolitanos, Archiepiscopos, & Patriarchas. Episcopi singulis ciuitatibus cum diœcesi præsunt. Metropolitanis, qui

Bb 3

a c. cum secun. di. de pre. ben. & c. clericus. 12. q. p. b c. duo sunt. 12. q. p. c. m. de el. per sal. pro. c. sollicitudo. 52. dist. c. fin. 4. s. dist. d c. cum contingat. ubi gl. et Doct. de etate et qual. e c. cler. ubi gl. 21. dist. cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 2. e. pugl.

f c. pugl. Ab. n. 6. de consecrat. alt. Gemin. in proæ. sex. ubi gl. uer. episcopus. Ab. d. ca. cum contingat. Fel. c. sicut pro certo. de simon. g c. à multis. de etate et qual. c. miramur. ubi gl. de seru. non ordin. Ab. c. nō potest. col. p. n. 4. et col. 3. de re iud. d. c. clerus. h d. c. Episcopus. 21. dist. finclior.

& Archiepiscopi quandoque A nuncupantur, singulis prouin-
 cijs præsent. Prouincia au-
 tem dicitur, quæ habet decem,
 aut undecim ciuitates ^a. Ar-
 chiepiscopi, seu Primates di-
 cuntur, quibus Metropolitanus
 subiiciuntur, cæteri q; eius prou-
 inciæ Episcopi: eiusmodi sunt
 Cantuariensis, Aquiliensis, &
 Bituricensis. Et hi Patriarchæ
 interdum appellantur ^b. Pa-
 triarchæ tamen propriè sunt,
 illi summi Patres, qui primum
 post summum Pontificem locum
 obtinent. Quatuor enim sunt,
 videlicet, Constantinopolita-
 nus, Alexandrinus, Antioche-
 nus, et Hierosolymitanus. Hic
 enim ordo inter eos ex Conci-
 lio generali Innocentiano ho-
 die seruatur: quamvis olim Ale-
 xandrino prima sedes post Ro-
 manum competeret ^c, omnes
 tamen hi quatuor eodem Epi-
 scoporum ordine continentur,
 quamvis alius alio latiore ha-
 bet iurisdictionem, & hac de
 causa nominibus etiã distincti
 sint. Quin & ipse Romanus
 Pontifex eodem Episcoporum
 ordine censetur, sed potestatem
 habet cæteris latiorè: est enim
 urbis Romæ, seu veriùs vniuersi
 terrarum orbis Episcopus ^d:
 quamvis vices suas sic alijs im-
 pertiuit Ecclesijs, vt in partem
 sint vocatæ sollicitudinis, non
 in plenitudinem potestatis ^e:
 nam vna est à Christo Ecclesia

per totum mundum in multa
 membra diuisa, & Episcopatus
 vnus multorum Episcoporum
 concordie numerositate diffu-
 sus ^f. Erant etiam olim qui-
 dam, qui Corepiscopi diceban-
 tur, Episcopis quidè inferiores,
 presbyteris autem maiores, &
 non solum ciuitatibus, quem-
 admodum Episcopi, sed etiam
 vicis præfici poterant: sed eo-
 rum hodie abolutus est vsus ^g.
 Cardinalatus autè dignitas,
 & officium est, nõ ordo ^h: quod
 vel ex eo cognoscere licet, quòd
 alij Cardinales Episcopi nun-
 cupantur, alij Cardinales Pres-
 byteri, alij Diaconi: nemo autè
 Cardinalis efficitur, qui infra
 Diaconorù ordinem sit, quem-
 admodum nec quisquam inter
 Canonicos suffragij ius habet,
 qui saltè subdiaconus non sit ⁱ.
 Habent tamen Cardinales ^k
 propter eius dignitatis preroga-
 tiua Pontificiam iurisdictione
 in Ecclesijs sibi in titulum assi-
 gnatis, alijsque ipsi titulo sub-
 iectis, et si ipsi in Episcoporum
 ordine cooptati nõ sint ^l. Ho-
 rum officium & potestas est,
 summum Pontificem eligere,
 eiusque lateri hæere, vt consi-
 lium suum moniti in grauisimis
 quibusque Ecclesiæ Romanæ
 negotijs impertiri possint ^m:
 quod vt omnino obseruèr, non
 multis ab hinc annis in gene-
 rali concilio Lateranensi, sub
 Leone X. statutum est. Hinc
 & hi

^a c. scitote. 6. q. 3.
^b c. clericos. per totum. i. dist. 22. in sum. ubi gl. et c. sacrosanct. Ro. in fi. et cap. sancta Ro. Eccles. in Extrauag. comm. de elect.
^c c. antiqua. de priuile. dist. 22. in sum. ubi gl. et c. sacrosanct. Ro. in fi. et cap. sancta Ro. Eccles. in Extrauag. comm. de elect.
^d gl. proem. sex. uer. E. pisco. Fel. c. cum nobis. col. 2. n. 3. de præser.
^e ca. decreto. 2. q. 6. ad fi. c. qui se scit. ca. q. et c. multum suspeo. ad fi. 3. q. 6.

^f c. Nouatiani. 7. q. 7.
^g c. Ecclesijs. c. quibus. et c. corepisco. pi. 63. dist. Fel. in Rub. de maior. et obed.
^h Abb. c. extir. pande. s. quia uerò. n. 7. de præbend. c. ut hi. de etat. c. qualis. ubi gl.
ⁱ Ab. ca. his que de ma. et obed. 2. nu. per illu. tex. Fel. ca. ead. uenera. bilis. num. 34. de excep. c. est. con. secun. dum Mar. dos. in reg. 7. q. 2. nu. mer. 10.
^k Doct. in rub. de constitu. ubi Fel. col. 2. c. B.

& hi fratres à summo Pontifice appellari solent, modò, ubi singuli appellantur, Episcopi sint: sic & Episcopus Canonicos fratres nuncupare solet^a.

^a Ab. c. nouit. col. 3. de his que fi. à praela. c. p. in si. ubi gl. de offic. leg. in 6.

Altera est Clericorū diuisio, quòd alij officium habere dicuntur, alij dignitatem, alij personatum. Et Dignitas quidē est Ecclesiasticarum rerum cum Iurisdictione administrandarū potestas: vnde Episcopatus, licet ordo sacer sit, tamen dignitatem etiam habet: & hinc Cardinales quoq; in dignitate cōstitutos esse diximus: in quo numero etiam censentur Archidiaconus, & Archipresbyter, Abbas, Præpositus, Prior, & quivis collegiatæ Ecclesiæ præfecti, quocunque nomine vocentur, omnes dignitatem habere dicuntur^b.

^b Ab. ca. de multa. n. 22. Fel. Ru. de offic. deleg.

Personatus est, prærogatiua in Ecclesia, omni carens Iurisdictione, veluti si quis sedem habeat præ cæteris in choro eminentem. Officium autem est, ius administrandarum rerum Ecclesiæ sine iurisdictione^c. Alij verò sunt, qui neq; officium, neq; dignitatem, neq; personatum habet, sed priuati clerici sunt, quamvis interdum iurisdictione aliqua non careant, veluti simplices Ecclesiæ Rectores^d. Ecclesiæ autem cathedralis Canonici his qui in dignitate sunt, ferè comparari possunt^e. Et hæc satis sit dixisse de ordi-

^c Ab. d. c. de multa. Fel. d. ru. lo. de fel. tract. de benefic.

^d Ab. ca. cum contingat. nu. 31. de foro comp.

^e c. statuum. de rescrip. in 6.

bus clericorum: nunc videamus, qui ad dictos ordines admittere, quive admitti possint.

DE HIS, QUI POTESTATEM HABENT ORDINANDI, & LITERAS COMMENDATITIAS, seu dimissorias dandi,

TITVLVS III.

Ordines igitur supra scriptos assignandi potestas penes Episcopos est, qui tamen caueant, ne in alienam messem falcem immittant, alienos subditos ad ordines promouere sibi arrogantes, licentia ab eorum Episcopis non habita: nam si hoc admiserint, totum annū ad ordines quempiam cooptandi potestate interdicti erunt: quare vulgata, poterunt eorum subditi etiam sine venia à vicinis Episcopis ordinibus associari^f. Episcopo autem quis tribus modis subesse potest, origine, sacerdotio, & domicilio^g. Cæterum alij prælati Episcopis inferiores, tam religiosi, quam seculares, puta Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi, non possunt clericis subditisve suis potestatem facere alienos Episcopos ad eundem, vt ab eis ad ordines promoueantur, nisi hoc priuilegiū speciale eis à summo Pontifice concessum sit^h. Nec officiales

^f c. 2. de tēp. ord. in 6.

^g c. cū nullus. de tempo. ord. in 6.

^h d. c. cū nullus. ubi gl.